

1785.

- 1^a. Alaud, Georgius Novus: De statu horum apud veteres Germanos 2^{da} edit.
2. Boenick, Johann Gottlieb: De professoibus extrinsecis
maris in academias Indorum "similares et orationem
auspicalem invitata"
3. Fenstelius, Christianus Jakobus: De directorio Comitiali,
sede Moguntina vacante aliisque sinecure casa
archimareschallo S. P. T. competente: 2^{da} edit.
4. Fischius, Ioh. Fridericus: De herede infante ad
Tivoli causam ex fine Romano pro Peulo ad
Gal. IV. 1. 2.
5. Heintius, Goropius: De apparentia aequatoris
lunaris in Discione "similares et orationem
auspicalem invitata".
6. Heintius, Goropius: De apparentia anni saturni.
7. Hommelius, Carolus Ferdinandus: ~~De~~ ^{De} commercio
in S. P. imperio temporali tali interdicto.

1745

17

8. Hommelius, Ferdinandus Augustus: De nominatio
socii criminis.

17
14

9. Hommel, Ferdinand. Augsd: De pauculariis ^{Access.}
lib. 8. de bonis damnat). ceterisque damnatorum bonis
ut et de expensis Criminibus. e bonis reorum
vel subditorum subvenientibus.

15

10. Toecker, Carl. Gottl. Dr: De Johanne de Breitenbach,
jureconsulto Lipsiori ^{similique ad panegyria}
baccalaureorum . . . invitac.

11. Turius, Fridericus Augustus: Portularum apud Rossanos
quotidianarum antiquitates.

12. Kaesner, Abraham: De vale astupratore stupratae
praestanda ^{similique collegia aestiva intimat.}

13. Kaesner, Nathan: De testamento filii pauculas ^{simil.}
que collegia hybros intimat.

1745.

14. Kaestnerus, Abraham: De sacrifice fama non lato.
rante

15. Kaestnerus, Abraham: I. legis obligacione in foro
conscientiae

DE
C O M M E R C I O
IN S. R. IMPERIO
T E M P O R E B E L L I
I N T E R D I C T O

D I S S E R T A T I O

Q V A M

ILLVSTRI ICTORVM LIPSIENSIVM ORDINE
ADPROBANTE

P R A E S I D E
D O M I N O

D. CAROLO FERDINANDO
H O M M E L I O

SENATVS ACADEM. LIPS. H. T. ADSESSORE
ET SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAЕ ADVOC.

DIE PROXIMO VENERIS D. XXVIII. MAII MDCCXLV.

D E F E N D E T

A V C T O R

IOANNES HENRICVS SPINDLER

N V M B. M I S N.

L I P S I A E

E X OFFICINA LANGENHEMIANA.

1745,7.

M

(6)

COLLEGIUM HEDDENS

AN GLYCERIA

EDWARDUS GREGORY

QINNAR LEXICON

SECRETUS SACRUM

MAY 20

EDWARD HEDDEN LIBRARY

EDWARD HEDDEN LIBRARY

EDWARD

COLLEGIUM HEDDENS

EDWARD HEDDEN LIBRARY

ED

A SUA ECCELLENZA
RIVERENDISSIMA
IL SIGNORE
GIOVANNI MAURIZIO
CONTE DEL SACRO IMPERIO
DI BRÜHLIO
CONSIGLIER INTIMO
GRAND INTENDENTE DELLE STALLE
SIGNORE DI CAMERA
GENERAL MAGGIORE DI CAVALERIA
DI SUA M. R. DI POLONIA ED ELETTORE
DI SASSONIA
CAVALIERE DEL ORDINE TEVTONICO
GOVERNATOR DEL GRAN BALIVO DI THURINGA
E COMMENDATORE DI GRIFFSTADIO etc.

АМЕНАЧИЯ АНГЛА
АМЕНАЧИЯ АНГЛА
ДЛЯ ИЗДЕЛИЯ
ОИМКА ПОЗЛОЮ
СИЯНИЕ ОЛОВА ДЛЯ АРИС
ОИМКА ПОЗЛОЮ
ОИМКА ПОЗЛОЮ

A S U A E C C E L L E N Z A
ILLUSTRISSIMA
I L S I G N O R E
F R I D E R I C O G U I L I E L M O
C O N T E D E L S A C R O I M P E R I O
D I B R Ü H L I O
S I G N O R E D I M A R T I N O C H I R C A
C O N S I G L I E R I N T I M O D I S . M . R .
D I P O L O N I A E D E L E T T O R E D I S A S S O N I A
G R A N R I S C O L I T O R E D E L L ' E N T R A T E
C A P I T A N O D E L C I R C O E L E T T O R A L E
E D E L L A L V S A Z I A I N F E R I O R E
S O P R A I N T E N D E N T E



ECCELLENZE
ILLUSTRISSIME
E PROTETTORI GRAZIO-
SISSIMI



*ffrisco alle Loro Eccel-
lenze Illustrißime un
parto della piccolezza
del mio ingegno, la di cui nascita*

si

*Si deve al zelo estraordinario e
prontissimo di servirle e di veder
aggraditi dalle Eccellenze Loro
li humilissimi servizii. Quan-
do Le piacerà d'adottarlo farà
egli con ogni studio possibile a
veder la sua fedeltà ed ubbidien-
za humilissima. Essendo nudrito
egli alle cure della politica, che
fà fiorir gli stati, onde non di-
spia-*

*spiacerà alle Loro Eccellenze Il-
lustriſſime la mia attenzione d'
intender in un momento i Loro
comandi, di che degnato eſſer
bramo. Perche havendo i suoi
cenni ſapientiſſimi per la ſalute
di Saffonia bisogno d' affai ma-
ni eſsecutrici eſſattiſſime, ardiſco
con ſomma riverenza d' aſſicu-
rar Loro Eccellenze Illuſtriſſime,*

che



*che la mia divozione per Esse
vincerà sestessa per una effattitu-
dine compita, mentre sarò*

**DELLE LORO ECCEL-
LENZE ILLVSTRISSIME**

**E PROTETTORI MIEI
GRAZIOSISSIMI**

in Lipsia
li 22 Magio
1745.

divotissimo servidore
GIOVANNI HENRICO SPINDLER.



DISSERTATIONIS
E X O R D I V M.

S. I.

Cum armis exhausti et deuastari ciuitatem, contra vero commercio florente, flore ipsam fortunisque affluere omnibus videamus: apparet profecto, tantum commercio quantum maximum potest esse, intercedere cum bello dissidium, ita ut feruescente hoc, illud continuo algeat. Nam cum hostium copiae non longe absunt, relinquuntur pecora, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit, inquit pro lege Manilia Cicero. At e contrario omnia vigent et enitescunt, quando

Pacatum volitant per mare nauitae.

Horat.

A 2

Qua-

Quapropter cum omni modo frangendae sint hostium copiae, in primis vero tempora incidere possint, quibus isto fonte libertatis praeclusa, non mediocre iis damnum contrahatur, coepi consilium quomodo haec fieri debeant disputandi. Et quiaquam mihi hauriendum sit ex ea disciplina, quae meae aetatis conditionisque hominibus non admodum solet esse perspecta, tamen quoniam hanc praeceteris in deliciis habui, adgressus sum istiusmodi opus, magis animo aliquid audendi, quam ut omnibus partibus et numeris idem proficere posse sperarem. Quid enim? cadam in hoc negotio quantum velim, dum magnis excidisse ausis videar.

§. II.

Fieri autem potest plures ob caussas, ut a communi hac negotiandi libertate interdum abstineamus. Etenim foedere hoc potest aut pacto fieri. Ita Romanis Carthaginenses foedere secundo exceperunt, ut ne mercatum ultra Massici montis iuga Traseiumque irent; nec fere vñquam commercii caussa foedus icerunt Hispani, quin sibi solis nauigandi ad Indos potestatem restipulati sint; quemadmodum scimus factum esse in Tractatu cum Belgis anno 1714. Ultraiecti sancito. Ita etiam tempore pestis commeandi hac commutandique libertate iis quos virt contagio, interdictur sine iniuria, quemadmodum anno 1713. Ludouicus Hamburgensum naues a portu iure suo depulit, ut ex memoriali libello ab oratore eius ad Belgas d. i. Nouembris. 1713. huius rei causa Hagas misso, patet. Deinde negotiatio vetita earum rerum, quae proprio nomine Contraband-Waren nominantur. Omnes enim merces neque importare, neque omnes exportare licet, quemadmodum aurum et argentum Angli Belgique euchi non sinunt. Postremum, si omnia persequi voluissimus, et ea ad iudicandum quaestio proponi potuisset, quid statuendum sit, si non

non hosti sed alii, ad quem dissensio nihil pertineat, haec negotii prohibitio fraudi futura sit. De quibus omnibus non est propositum dicere, ne mihi si singula persequar, nimis excrescat disputatio, quam ego ad vnum dirigens, alia in loca euagari non patior. De solo iure enim commercia in Romano Imperio prohibendi eo tempore quo hoc ipsum imperium, aut eius pars quaedam bellum gerit, in praesenti disputabimus. Qua in re tamen ita versabimur, ut suauibus quibus saepissime scriptorum etiam alioquin minime dormientium mentes concitantur, somniis coniecturisue, locum minimè relinquamus; verum potius eorum omnium quae iſi ex iure ciuili aliquaque disciplinis quasi fontibus hauriunt, aut aequitati nimium studentes finiunt, incuriosi, nihil proferamus, nisi quod ex imperii constitutione, et legibus foederibusque, tanquam ex liquidissimis fontibus deduci et deriuari possit.

§. III.

Commercium antem est vendendi emendique inuicem ius, inquit Vlpianus in Fragn. Tit. XIX. §. 5. Vbi nemo huic grauiſſimo iuriuſi auctori id vertat vitio, quod permutationes eodem nomine complexus non fit. Complexus est enim vtique, quando quidem Varro II. de re rust. omnem abalienationem venditionis nomine comprehendi dicit. Caeſterum hoc ipsum, de quo scribimus, commercium, tam longe lateque patuit, ut sub hoc omnis permutatio et alia huicmodi pačta intelligerentur. Reperio vim illius verbi optimè in l. 5. D. de iuſt, et iur. expositam, quem locum quo minus videar aliiquid finixſe transcribam: Ex gentium iure inquit eo loco Hermogenianus, introducta bella, dominia diſtincta, COMMERCIVM h. c. emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationesque institutae. Quare nullus dubito commercii vocabulo omnem contractum conti-

6 DE COMMERCIO IN S. R. IMPERIO

neri. Ciui Romano tribuitur praeter ius connubiorum et testamentorum ius quoque commerciorum, quo, qui optime interpretantur dicunt significari, ius ex quiritium iure valide contrahendi. Praetor vero, cum luxuriose viuentem prodigum declararet, formula vtebatur hac: Quando tua bona paterna autaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis: obeam rem tibi ea re commercioque interdico. Quo interdicto ei ius contrahendi omne h. e. ius vendendi emendi etc. adimebatur. Quod cum pateat, possum ego profecto hanc veterem et Iureconsultorum principi probatam definitionem retinere et omnem negotiationem necessitatis cuiusdam aut commoditatis causa institutam, adeoque omnem commeandi, mobiliumque inprimis rerum commutandi facultatem, uno verbo significare. Quærimus autem, quot variis modis in imperio nostro, cum gente quadam commercium prohiberi possit, hoc possumusne scire, nisi varia genera tam negotiorum quam bellorum exquisuerimus et inter se contulerimus antea? Primum igitur nobis pingendae sunt diuersae et variabiles belli in imperio suscipiendi figure, quibus consideratis deinde iudicare possimus an? et quomodo negotiations sint et prohiberi possint? Et omnino tres habet germania, qui iure armorum vtuntur. Vnde tripartitum nascitur genus bellorum. Aut enim cum Imperatore bellum geritur; aut cum imperii principe; aut cum omnibus principibus et imperatore iunctim, quod solum imperii bellum, ein Reichskrieg appellatur. Nos in pertractando hoc opere igitur eandem, tribus capitibus constitutis, rationem tenebimus, et de prohibitione commerciorum si Imperator bellum gerit, hoc primo capite, de duobus reliquis autem, in postremis differemus.

SECTIO

SECTIO I.

C A P. I.

**DE EO, QVOD IMPERATORI
CIRCA COMMERCIA LICET SI IS SVO
NOMINE BELLVM GERIT.**

§. IV.

Sed duplici rursus ipse Imperator quasi munere fungitur; alia enim qua Imperator, alia qua imperii princeps est, de quibus in secundo capite dicetur, peragit. Quando vero eum quaedam ut Imperatorem facere posse statuo, tunc nolo in considerationem venire ea, quae electorum consensu imperiique totius auctoritate gerit, sed ea solum, quae suo nomine et quoniam Imperator cluet, facere potest. Haec duo enim sciungimus, et alia imperatoria, alia vero imperii et sua dicimus auctoritate geri. Olim quidem haec rariss. Is enim omnia fere suo, pauca imperii nomine sustinebat. Nunc illa e contrario sunt rariora. Ut autem, quae sit in rebus singulis Imperatoris potestas, diiudicare queamus, hoc, quo tuto opinor omnia reuoces, initium et quasi fundamentum ponatur, nempe ut eum, quem Imperatorem nominamus, omnia libere facere posse confirmemus, nisi quid legibus imperii, capitulatione et consuetudine finitum circumcisumque fuerit. Et limites illi quidem, quibus haec potestas imperatorum, postquam tum pacto tum liberaliter de iure suo plurima ipsi remiserunt, cohibita sensim et definita fuit, facile cognoscuntur. Neque tamen ita omnia remisisse videntur, quin in quibusdam, (non possunt enim omnia eximi) ista libertas eluceat. Tale est v. c. Ius referendi ad comitia et q. f. r. Sed quorsum tandem haec differimus?

Vide-

Videlicet ut his constare possit, commercia etiam liberrime vetare posse Imperatorem, nisi forte hanc libertatem leges restrinxerint, quod quibus in causis factum sit, et quid nunc obtineat, videbimus.

§. V.

Opus autem est, vt internoscamus inferatne bellum, an ab alio illatum propellet? Etenim non uno modo leges de genere vtroque praecipiunt. Bellum scilicet cuidam faciendo, nisi omnes ordines, aut electores ad summum vna mente et voce consenserint omnes, nullo modo ius est.

Land-Friede 1495. sub tit. Die Kaiserliche Majestät soll keinen Krieg anfangen.

Caroli VI. Wahl-Capitulatio art. IV. Wir sollen und wollen kein Gezänk, Fehde noch Krieg unter keinerley Vorwand, wie der auch sey, anfangen ohne der Churfürsten, Fürsten, und Stände Consens auf offnen Reichstag oder zum wenigsten der sämmtlichen Churfürsten Vorwissen Rath und Einwilligung. Ut breuiter dicam, mihi in bello offensiuo non videtur Imperator commerciis interdicendi habere facultatem. Commercialia enim prohibere licet nemini profecto, nisi ei, qui iure bellum inferre possit, qua propter neque hoc, illo denegato, Imperatori concessum est. Quod si enim principalis res corruit, nec ea, quae comitantur istam sunt habitura locum. Sed istarum quidem rerum more et instituto gentium intercedit tam arcta societas, vt haec sine illa nunquam esse possit. Magnum est profecto et incredibile prope in Britanniae regno, vbi commercia, si vspiam terrarum, gratiosa eorumque causa caetera omnia comparata sunt, Regem cursum eorum sustinere posse, nempe propter magnam vtriusque rei necessitudinem hoc ei non potuit denegari cum belli gerendi potestate fungatur. Quod si igitur Imperator commercia prohibet,

hibet, hoc eatenus iure facit, quatenus belli potens est, ne forte eum, alio quodam, non belli iure hoc facere posse, existimemus. Plura non addo, cum hoc totum ex iure faciali vberius deriuandum sit, de quo alio loco plura dici possunt, nunc de bello passiо seu defensiо similiter dicatur, si prius esse reuera discrimen quod posuimus, et cum nostra meditatione consentire vsum, demonstrauimus.

§. VI.

Scilicet interesse re ipsa non nihil, vtrum suo nomine, an vero imperii auctoritate bellum inferat, ex ipsa declaratione cognoscere licet; verbi causa: cum Francis Leopoldus bellum nunciaret cuius clarigatio Luxenburgi d. 15. Maii 1702. edebatur quoniam eo tempore Anglo Belgaque sociis, vt Imperator arma Galliae inferebat hac solum formula vsum Imperatorem fuisse inuenimus: Nous tenons le Roi de France pour nôtre ennemi etc. Cum vero eodem anno Imperator discrimen, in quo ipsi versarentur, ordinibus qui tum conuenerant, exposuisset, atque Imperium vniuersum bellum decreuisset, longe profecto duriori formula vtebatur: Nous reconnoissons le Roi de France pour ennemi de l'Empire, lui declarons la guerre ... et nous defendons sous les peines capitales à tous les sujets de l'Empire toute correspondence et commerce etc. Similiter in resolutione ordinum in comitiis Ratisbonensibus data, edificant ordines: nullum omnino commercium intercedere cum hostibus posse, propterea quod bellum istud ab imperio ipso initum sit.

§. VII.

Et haec quidem de bello offensiо. Alia vero ratio intercedit, cum nos tuendi defendendique causa arma capimus. Ea enim tempestate paulo liberior Imperatori facultas data esse videtur. Concessum est enim ei, omni auxilio conservandi imperii causa, vti, Capitul. Carol. VII. Art. 4. Wo wir aber des Reichs wegen angegriffen werden, mдgen wir

B

unз

uns aller dem Reiche unmachtheiliger Hülfte gebrauchen. In numerum vero eiusmodi opum inculpatarum, commercii prohibendi facultas refertur merito. Quanquam enim aliquid inde fortasse damni vnu alterue in imperio sentiat, praefstat tamen ex duobus incommodis illud eligi, quod si minus sit, speciem habere videtur boni, et quod si ad illud comparetur, vix ac ne vix quidem pro damno est habendum.

C A P V T . I I .

DE IVRE PROHIBENDI COMMERCIA
SI PRINCIPES IMPERII BELLVM GERVNT.

§. VIII.

Explicatis iis quae Imperatori propria sunt, ad secundum dissertationis caput progredimur, in quo de ordinum iure commercia prohibendi agendum est. Ecquis vero non intelligit, quanta et quam haec ardua res sit, si quis omnium ordinum iura explicare audeat, quos inter se tot et tam variis priuilegiis differre videoas. Alia aliis ampliora data, aliis sua diminuta etiam, vt casus tulit. Et nihilominus tamen generale principium constitendum est nobis, quo quasi fundamento reliqua nitantur, et ex quo colligi possit vniuersaliter facultas. Desumamus illud ex foedere Osnabrugensi eiusque articulo octavo §. 2. Omnia scilicet iura territorialia et maiestatica merito tribuuntur principi, quae salvo iureiurando, quo imperatori se imperioque obstrinxit, exerceri possunt. Quo patescat nobis via monstratur confessim, eo perueniendi, quo hoc sermone contendimus. Cum enim omnia officia principum partim ex uestitutarum formulis, partim ex legibus publicis, et sacramento, quod omnes ac singuli germaniae principes dixerunt, repetenda sint, ipsi autem in caeteris rebus, summa libertate

bertate et suo arbitrio vtantur: efficitur, vt in sua quisque prouincia commercia prohibere possit, quando hoc cum fide data et pastis, quae modo commemorauimus, non pugnat.

§. IX.

Quae autem nobis belli diuisio apta eruendis imperatoris iuribus supra videbatur, eandem hoc loco repetamus. Scilicet aut inferuntur a principibus, aut propulsantur arma. Quae in vtroque genere liceant, nec ne? inquiramus vt supra. Bellum enim, quale leges permittant prohibeantue nosse interest, cum de commerciis prohibendis non nihil statuisse leges, si bellum iustum geratur; de eo autem quod sit iustum, nihil definiisse reperiamus. Esse autem cuiquam in imperio ius, manu res suas sibi vindicandi, asseruerit nemo, nisi, qui omnem rei germanicae formam auferre, commune vinculum dissoluere, et omnia perturbare velit. Non vi et armis, sed disceptatione vtuntor. Poenitet iam ea reuocare, quae in pace publica a Maximiliano I. constituta et eodem Anno 1548. confirmata, statim §. 1. disertis verbis sanctiuntur. Nullam enim aliam ob causam, tot difficultatibus superatis tandem haec pax communis constituta est, nisi propter eam ipsam rationem, vt nulli amplius, quacunque in dignitate constitutus fuerit, quamcunque ob causam alteri bellum denunciare, eum persequi, spoliare aut oppugnare licet. Nec antiqua narro, nam in capitulationis Car. VII. articulo 16. §. 5. his cauet imperator verbis:

Ferner wollen wir die Vorsehung thun, damit in reichshängigen Sachen und unter währender Litispendedenz kein Standt den andern mit Repressalien, Arrest und andern wieder die Reichsfäß und Ordnung auch wieder den allgemeinen Landsfriedenschluß lauffenden Thätigkeiten beschwere.

Quae cum ita sint neque in huiusmodi iniquo et propria

auctoritate suscepto bello iis commercia prohibendi ius erit, cum non cedendum sit, leges his patrocinari velle, qui prohibentibus et repugnantibus ipsis bellum suscipiant.

§. X.

Illud tamen iure meritoque eximimus, si princeps imperii iussu imperatoris publica auctoritate proscriptum bello et armis prosequitur. Qui enim in bannum imperii in Acht und Oberacht incidit, ei leges omne ius ciuitatis germanicae etripiunt, et iubent eum ipsum pro peregrino, pro hoste communis, et perduelli haberi. Igitur omnia ea sine dubio locum habent, quae, cum ipsum imperium bellum gerit, fieri possunt, nec dubitandum est, quin eo tempore commerciorum prohibitio a principe iure suscipiatur.

§. XI.

Altera belli offensiui forma est, quando princeps non socio imperii, sed alii extra Germaniae fines principi, vim parat. Quaeritur autem, an hoc quoque principibus interdictum sit? Sunt quidam, qui hoc existimant et ad hoc confirmandum hac fere ratione vtuntur. Nempe in art. 6. Capitul. Caroli VI. haec legimus: *Dass auch die von frembden Potentaten begehrende Hülfe also und nicht anders begehret werde, noch gethan sey, dann, dass dadurch dem Reiche keine Gefahr zuwachsen möge.* Cum igitur ne opem quidem ferre possint, eo magis negandum esse hanc, de qua nos loquimur, arma inferendi potestatem Nam et sic verendum se periculum quod inde imperio immineat, quodque evitari leges, seuerissime postulant. Inuenimus certe oratores Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgensis Anno 1665. in episcopum Monasterensem, qui aduersus foederatos Belgas bellum mouerat, acriter inuectos fuisse, vid. Puffendorf. in rebus gestis Frider. Wilhelmi. Sed melius tamen et rectius alii ex rerum gestarum memo-

memoria, ex iure foederis fanciendi principibus concessso; ex summa rei gerendae potestate, et rebus praeterea aliis, iure hoc principes suo perpatrare posse, docent.

§. XII.

Ac de bello quidem offensiuo quod principes tantum, non imperator, inferunt satis dictum est, nunc ad belli defensui naturam considerandam accedo. Vbi initio statim moneo, duas esse posse, nempe aut iustas belli contorti causas, aut iniustas. Si iustae adfuerint causae aggressor lege debuit agere. Ita enim cum re germanica comparatum est, ut laeso adeundum sit imperii tribunal, vbi ius nemini denegatur; non itaque bello, sed iure repetere sua fas est, iudicia vero ista communia, qui neglexerit praeterieritue, ille totius imperii hostis merito iudicandus. Land-Frieden zu Worms 1495. art. 1. Wer zum andern zu sprechen vornimmt, der soll solches thun, an den Enden und Gerichten, da die Sachen hiebevor oder igo in der Ordnung des Cammergerichts zu Austrag vertheiding sind. et art. 3. Und wer da wieder, wes Standes und Würden er sey, handelt, der soll mit der That vom Recht in unsere und des Heil. Reichs Acht gesalten seyn. Quapropter mirum videri non debet, si regem galliae anno 1688. hostem propterea imperii iudicatum fuisse legimus, quod iura, quae vxori Ducus Aurelianii ex haereditate palatina constare ipsi videbantur, persequi armis ausus est, quam legibus vindicare oportebat. Sin vero, quae altera erat ratio, imperii princeps alterum temere, et sine iusta causa violare conetur, hic multo magis propter vinculum, quod omnibus imperii ordinibus intercedit huius ipsius imperii hostis iudicandus est. Igitur in vtroque exemplo ab uniuerso imperio commercia cohibenda sunt.

B 3

§. XIII.

§. XIII.

Contra vero si in exterorum fines arma inferendi necessitas se exerit, ipsum principem hoc facere posse, apparer. Ibi enim cum suapte ius armorum habeat (§ XI.) non videtur reliquorum sociorum, aut totius imperii esse, ut communibus viribus huius partes tueantur, sed mediis esse licet h. e. qui neutri plus quam alteri fauent. Sed nos de hoc nihil amplius dicamus, cum qui plura desideret, haurire possit ex erudita dissertatione Zentgrauii, quam habuit Argentorati 1690. de Iure Commercii, quod tertius habet cum iis, qui inter se bellum gerunt. Nos, quibus de iure commerciorum inter ipsos populos belligerantes agere propositum est, hoc totum relinquamus, et pergamus de eo disputare, an princeps suis ciuibus commercio cum illo populo, cum quo bellum vertitur, libere interdicere possit.

§. XIV.

De iure igitur ordinum disputationes, recurrendum est ad illud principium, quod §. VIII. posuimus, ex quo comode confici posse arbitror, cuilibet principum commercia prohibendi ius esse, quoniam omnia principibus nostris, quae incolumi iureirando, quo quis se imperatori et imperio obligauit, geri possunt. Videtur autem commerciorum permisso et prohibitio, quippe quae cum ista imperio data fide et aliis officiis commemoratis nequaquam pugnat, referenda esse ad illa iura territorialia et maiestatis, quae principibus attributa sunt. Quid enim refert imperii totius, si vnius vel alterius ciuibus prohibetur, ne quaedam merces inuehantur. Praeterea experientia docet, tempore pacis quarumcunque mercium importationem prohiberi posse, quod tum infinitis aliis, tum vero si alia ignorarentur, editio Maximiani Emanuelis Electoris Bauariae an. 1690. aduersus eos edito,

edito, qui pannum vilem importabant, comprobari possit. Item Fridericus Wilhelmus Elect. Brand. anno 1682 decrevit, ne lana e prouincia eueheretur; et quae sunt id generis plura. Quemadmodum vero in his legibus obseruare debent principes, ne paeta, priuilegia aut iura specialia diminuantur, ad quae conseruanda obligantur non minus, atque imperator capitulatione sua obligatur: ita etiam in commerciis prohibendis spectandum est, vt ne semel concessis beneficiis detrahatur, quam ob rem Elector Brandenburgensis edito commemorato ordinem equestrem exsoluit, quoniam ab Imperatoribus concessio gaudebant priuilegio nobiles, res suas libere euehendi. Omnino arbitror eum qui ius habeat leges dandi, pecuniam scribendi, vectigalia imponendi, monopolia concedendi; etiam tempore belli commercia tollendi habere facultatem. Non debet enim, quae Vlpiani est sententia, ei, cui plus licet, quod minus est, non licere; quare quin principibus imperii ius sit commercia tempore belli prohibendи plane non dubito, cum ea quae adduximus ipsis concessa sint. Nam vectigalia imponere possunt, intuitu suorum ciuium, id quod facile potest doceri, tum ex vsu, tum ex art. XXI. et XXII. Capitul. Leopoldi et Iosephi. Imprimis hic notandum longo inde priuilegium a Ferdinandō III. Imperatore anno 1456. electoratu Brandenburgico concessum de vectigalibus in prouinciis praesentibus et futuris tam augendis veteribus, quam nouis instituendis. Quae cum ita sint apparent profecto principem in bello offensiuo, quod cum extraneo gerit, commercia prohibere posse, modo ratio aliqua et respectus totius imperii habeatur, vt ei, quantum fieri potest, saluum relinquatur commercium.

CAPVT

C A P V T I I I.

DE PROHIBITIONE COMMERCIORVM
SI BELLVM A TOTO IMPERIO
SVSCIPITVR.

§. XV.

Cum supra ius commercia prohibendi pro ratione scilicet bellorum, quae suscipi possunt, tripliciter considerauerim, primum, quod sit Imperatoris, secundum quod sit principum, tertium quod sit vtriusque, nempe totius Imperii: illis peractis reliquum est, vt disputemus, quomodo ipsum imperium h. e. Imperator cum ordinibus iunctim, commercia tempore belli cohiberi soleat. Maiestas atque summa rei gerendae vis procul dubio cernitur, cum omnes ordines cum imperatore aliquid socialiter imperant. Quicquid Imperium, ita enim vocamus hanc imperantium societatem, vetat, quicquid iubet, tam sancte religioseque seruandum est, quam si in regali ciuitate aliquid ab eo, qui solus imperat, aut in populari, a populo vniuerso iubetur. Quis igitur negauerit, hanc illustrissimam ciuitatem, quam imperium vocamus, commercia prohibere bellumque parare, inferre et sustentare posse, quocunque libet loco. Haec res igitur, quam in hoc capite nobis explicandam sumus, cum sit eiusmodi, quae vel ab ignarissimo statim expediri possit, nos quidem non ita opera abutamur, vt in describendo tam expedito iure eam collocemus. Nam cum omne apud Imperatorem electores et reliquos imperii ordines arbitrium sit, etne quicquam quod in se aliquid difficultatis habere videatur? Igitur hoc toto negotio deposito, enarranda potius est ratio, et modus exponendus, quo commercia prohibentur, et vtrum omnes omnino, an nonnullae tantum res sint, quae prohiberi e re sit, differendum. Sed his rebus tradendis sectionem alteram dissertationis addiximus.

SECTIO

SECTIO II.

§. XVI.

Aggrediar igitur hoc opus, et quae tandem merces istae sint, quae permutari bello coorto, non debeant, anquiram. Anteaquam vero ad singula accedamus, ponam illud generale, cohibenda scilicet ea commercia non esse, quorum vsu concessio multum ad nos commodi, sublato vero, incommodi ad hostes parum, perueniat. Et omnino omnis commerciorum cohibitio periculosa videtur. Circumspectione certe quam plurima opus, ne cum prodesse debeat etiam noceat interdum. Quodsi enim hostibus commercio omni interdicimus, nonne idem incommodum nos etiam manet? nonne timendum, ne quod nos in ipsis iuris statuimus, eodem in nos vtantur? ex quo nisi probe aduigilemus, facilime fieri potest, vt dum alteri nocere volumus, lucro nos longe maiori defraudemus. Fac v. c. id quod ex magna gallica monetae copia, et ciuitatum negotiatricum litteris, passim commercii caussa imperatori missis, coniici et demonstrari possit, fac inquam Germaniam a Gallis tanto plus lucri consequi, quanto numerus senarius superat quaternarium, fac praeterea Galliam tempore belli vnum lucrari propter equorum mercaturam, quorum magnum est illis desiderium, et quos a Germanis comparant, tamen si liberum est reliquarum saltim commercium rerum, Germania sex lucratur a Gallis, Galli a nobis quinque. Si quis est, cui hoc mera in contemplatione positum, in rebus ipsis gerendis autem inutille et otiosum esse videatur, ille consideret quaeſo, nihil in mente et cogitatione verum esse, quin in rebus ipsis praebeat vſum. Ego igitur magis inclino ad id, vt nunquam, nisi in extrema necessitate, commercia prohiberi, et magna cum cura et diligentia omnia perpendi malim, prius

C

quam

quam eo perueniamus, ne forte nosmet ipsos magis quam hostem nostrum laedamus. Quod apud Anglos obseruari video, qui difficulter ad bellum cum Hispanis ineundum adducuntur.

§. XVII.

Nunc sigillatim istas merces videamus, quas et recte et utiliter prohiberi posse, statuimus. Caput vero rei est, ut quaeram quasi genera constituanus, quibus summis omnia comprehendantur, quibusque positis definire possimus, quid de singulis sit sentiendum. Summa autem diuisio haec est, ut aliae res sint: quae bello: aliae quae luxui: aliae denique innocentes: quae vitae communi inseruiunt. Nos vnum quamque istarum rursus ex modo quo in commercio versantur, ita diuidimus: nimur aliae, aut ex Germania ad hostes: aut ab hostibus ad nos; idque iterum aut continenter, aut interuentu aliorum, perueniunt.

CAPVT I.

DE IIS MERCIBVS, QVAE IN BELLO
VSVI SVNT, h.e. Bon Contraband-Waaren.

§. XVIII.

Primum igitur quaeritur, an res bello inseruientes, ex Germania perferti possint ad hostes? Quenam autem sunt res istae bello inseruientes? Hoc optime potest ex variis, quae commerciorum gratia inita fuerunt, pacis aliquaque actis huius rei publicis, cognosci, in quibus istae enumerantur. Scilicet ad hoc genus mercium, quae solae proprio nomine Contraband-Waaren nominantur, Leopoldi Commercien-Verordnung an neutrale Orte 1693. vbi verba: Contraband-Waaren, als die ad usum belli sint, eae solum referri solent, quae immediate et natura sua bello inseruiunt, v. c. armorum

armorum omne genus, puluis, plumbum et globuli ex eo fusi, nam prohibita specie, materia quae subiicitur speciei, aequae prohibita esse videtur, ferrum, nitrum, resticula, equi, chalybs, clitellae, sulphur etc. En ce genre des marchandises de Contrabande s'entend feurement, toutes sortes d'armes à feu, etre compris et autres assortimens d' icelles , quae verba repe- riuntur in foedere inter Gallos et Belgas Ultraicti 1713. sancto art.19. Et in simili inter Hispaniam et Anglicam anno 1667. inito Madriti art. 25. legitur : On ne regarde pas pour marchandises de contrebande le frument, le blé et toute autre sorte de provision de bouche. Sed cum maxime in arbitrio pacifcentium positum sit, quas merces hoc nomine insignire velint, saepius iis adnumerantur etiam, quae remote hostibus profundunt, ut omnis commeatus, pan- nus, vela, et lignum ad naues et currus aedificandos. Haec omnia regulariter hostibus procurare non licet, nisi ipsi fortasse eadem a vicinis facili negotio comparare possint. In bello enim ante pacem Ryswicensem linteas merces in Heluetiam mitti non licebat, quoniam verebantur, ne inde ad Gallos peruenirent. Sed quoniam Galli rerum istarum inopia adacti, sibi easdem, quamquam longe viores, vsui tamen bellico satis idoneas, ab Heluetiis comparabant, fatum est, ut maius Germanis quam Franci inde detrimen- tum inferreretur. vid. Gründliche Vorstellung der Beschaffen- heit des deutschen Commerci- Wesens , und dessen Verbot mit Frankreich und Spanien. Quibus ex caussis impera- tor interdictum hoc statim antiquabat ; nec hasce tantum, sed etiam alias quamvis in bello vtiles, in loca media et neutrius partis, dum aliquantulum a finibus hostium abef- sent, exportari permittebat. Commercien Verordnung Leopol- di 1993. Hac lege tamen adiecta, ut nihil inde in manus hostium veniret. Idem confirmatum est, in

C 2

Kaiser

Kaiser Iosephi Commercien-Ordnung 1705. §. 2.
 Was nun die übrigen und zurückgelegenen neutrale Orte
 betrifft, mögen zwar ob bemeldete Contraband-Waaren
 dahin, jedoch anders nicht als mit gehöriger praecaution, at-
 testaten und Aufsicht abgeführt werden. Ex quibus patet, vt,
 quamquam hoc genus mercium ad hostes non liceat adduci,
 ad interiectos tamen mediosque populos nostra opera perue-
 nire possit, in primis si Germania eiusmodi rebus affluat. §. 2.
 der Commercien-Verordnung.

§. XIX.

Sed eas merces, quas ex Germania hostibus aduehi
 non licet, neque per Germaniam iisdem adduci patiamur.
 Quid profuerit enim, si omnem curam adhibuissemus, ne Gal-
 lis equi adducerentur a Germanis, et ex Polonia hos Hun-
 gariaque mitti paterere? In litteris quas negotiatores Bri-
 tannici et Belgici Imperatori anno 1701. tradiderunt, ipsi
 suarum mercium inspectionem fieri voluerunt, vt si ad usum
 belli aptas perducerentur ad hostes, auferri et retineri
 possint, adscribamus eorum verba:

Sed audire nobis videmur, inquiunt, qui clamitant si li-
 berum Hollandis in Heluetiam sit commercium, fore vt
 etiam frumentum et res bello utiles eo deuehantur --
 Cum vero inspectio facta fuerit, detractis granis re-
 busque bello necessariis, ad ulteriore mercium cae-
 terarum transitum a Commissario saluus conductus
 daretur - - -

Et hae quidem merces etiam si in amicorum nauibus in-
 ventae fuerint, auferuntur, quod et si iniquum videa-
 tur iure gentium tamen introductum. Quid? quod mul-
 ti etiam ipsam nauem, istas deferentem, praedae cedere vo-

Nous

lunt. In litteris quibus foederati Belgii 1703 Gallis Hispanisque commercio interdicebant, disertis, quo iure vti ve-
lint, verbis significant:

Nous avons voulu avertir nos alliez et ceux qui sont neutres, et generalement tous peuples et nations, de vouloir empêcher le transport des dites marchandises de contrebande directement ou indirectement, dans aucun lieu de la domination de France ou d'Espagne. Et nous sommes dans l'intention de confisquer, et de tenir pour bonne perte les dites marchandises de contrebande qui seront trouvées être chargées pour les dits païs.

Et paulo post:

- que nos vaisseaux de guerre pourront arrêter en mer tous les navires, qu'ils jugeront suspects, et contraindre les officiers à montrer leur lettres de voitures etc. et s'ils se trouvent en contravention de les prendre.

§. XX.

Nobis vero licetne eas merces ab hostibus aequirere? quas hostes a nobis accipere non debere, demonstrauimus. Quidni vero liceat? Si modo is, cum quo bellum gerimus permittat. Verum enim vero commerciorum prohibitio iam adeo in consuetudinem abiit, vt omnes merces statim in principio belli, interdicantur; ita vt nullas omnino coëmi ab hostibus possint. Itaque non est, vt in iis mercibus interdicendis simus tam feueri, cum interdum fieri possit, vt mercatores nostri capti dulcedine commodi, occasione data, furtim ea mercimonia nobis inferrent, quibus opus haberemus. Dissentient
C 3 quidem

quidem multi: sed mihi semper temerarium et periculorum visum fuit, si ad commerciorum prohibitionem tam facile prouolare velimus, vt quidem quotidie solemus, cum bello indicto simul omne commercium tollimus, et ne quidem maxime vtile, immo interdum etiam ad nostram defensionem aptissimas merces ab hostibus emi permittimus, vt omnes omnino quae ab hostibus proficiscuntur sine distinctione, contrabandinarum loco iudicemus. Exempli loco sit editum foed. Belg. de anno 1703. vbi haec verba: Ensemble ceux de nos sujets, qui feront venir, ammeneront, ou recevront aucune sorte de marchandises ou effets, nul excepté, d' aucune vile ou place de la domination des Rois de France et d' Espagne, perdront les dites marchandises, et payeront vne amende de quatre fois la valeur, et in Iosephi Commerciens - Ordnung, §. 5. constitutum est, daß die in Frankreich fabriciret und daselbst gewachsene Waaren generaliter alle für verbotne Handelschafft zu halten.

C A P V T I I .
D E
R E B V S L V X V I I N S E R V I E N T I B V S .

§. XXI.

Persequar nunc eas quae luxui et voluptati inserviunt quae quales sint difficuler dici potest. Vnusquisque enim, vt est ab alio inclinatione animi, sensuque diuersus, ita aliam in hac caussa sententiam dicet. Tristes et morosi alias, alias hilares et genium mulcentes suum, recensebunt, neque hac in re fordidus cum glorioso confert. Quamobrem propter tot diuersas hominum sententias, vnic

vhice fere, quae res hoc nomen mereantur, a summis in republica repetendum esse censeo, quos quidem omnes in hac re Catones esse, optauerim. Contenti enim esse possumus, iis fere rebus, quae in paeria conficiuntur, quae nobis non inuidet ad habitum victumque necessaria. Ut vero aliquam saltem istarum mercium notitiam consequamur, primo ab iis se-parentur, quibus aut ad bellum, aut ad artes, et vitam promo-uendam opus est; deinde, res voluptuariae quidem, sed quae in patria nascuntur. Multi etiam ad hoc genus referunt, res omnino omnes, quibus sine incommmodo carere possumus. Sed hoc an recte faciant, ipsis viderint; nos eas tantum istis adnumeramus, quae in se continent materiam mollis et luxuriosae vitae, quaeque nullam ob caussam ca-riores sunt, quam quod a Daedalis istis Francis aliisque peregrinis, quamquam ineptius, et paulo interdum peius, adornatae fuerunt.

§. XXII.

Sapienter igitur in laudata ordinatione commercii d. anno 1705. §. 5. a Iosepho constitutum est,

Dass die in Frankreich fabricirte und da selbstgewachsene Waaren, generaliter alle vor verbotne Handelschafft zu halten sind, deren Einfuhre halber, sie gehören auch vor wem sie wollen, die geringste dispensation nicht statt haben solle, noch daher einige Päße, sie röhren her von hohen oder niedrigen Standespersonen auch unse-rer Generalität, oder von wem sie sonstien wollen, er-theilet, noch von denen Commissarien und Mautbedien-ten, in einige Weise bey höchster Straffe respectiret, sondern alles so in solche qualität fält, so gleich confi-sciret werden solle --- Doch sind von diesem Verbot etliche wenige zu eximiren die nicht ad luxum gehören.

Quae

Quae quidem res adeo visae sunt perosae omnibus, vt ciuitates de impedito suorum commerciorum cursu saepissime apud Caesares conquerentes, nunquam tamen aulae sint istarum rerum mentionem facere, imo disertis verbis eas exemerint, vt in des Reichsstädtischen Collegii unterthänigsten memoriale dem Kaiserlichen principal Commissario übergeben 1677. et eiusd. Collegii Intercessionalien Kaiserlicher Majestät Carolo VI. anno 1734. übergeben vbi verba: Ob wir nun wohl von der Absicht vor eine unumschränkte Verstattung des Handels mit zum luxui dienenden Waaren, einige Vorbitte einzulegen entfernet sind, und man es gerne dabei beruhnen läßt, daß wieder die verbotnen Französische Waaren und manufacturen auf der Frontire des Reichs, wo dieselben können und pflegen eingeführet zu werden, und in den Städten und Dörfern, wo solche verhandelt werden, nach Inhalt des Edicti verfahren werde, so ic. Et merito. Nam Rex Galliae, qui omnium rerum commercium suis concessit, has solas tamen exemit, ob eam quidem, quam adiicit, rationem, que ses Voisins ne tirent de l'argent de France pour de choses dont les sujets se peuvent passer. Fabers Staats-Cantley T. IX. p. 675.

S. XXIII.

Itaque hoc genus nullo pacto ab hostibus emere licet. Quid autem, si hostes easdem emere a nobis cupiant? Vellim vero hoc faciant. Concedenda sunt iis et impetranda omnia, quae ipsis damlosa sunt, nostrorum vero augent comoda, et excitant, pretio dato, artificum industriam. O si rerum eiusmodi, quarum summum pretium in nouitate consistit, mancipem et quasi dominam Germaniam constituerem possumus, quae quanquam ipsa ingeniosis hominibus nunquam caruit, hucusque maluit tamen peregrinos mores et externorum lusus imitari. O si pariter ad nos inuitare-

mus

mus puerilium rerum istos et nouitatis admiratores, O si nihil, vt sumus nos ad aliorum inuenta acuti, ad nostra plena stupidii, exteris pulcrum videretur, nisi quod in Germania natum et éducatum fuisset? Igitur nos cum summo studio hoc suadere potius, quam impedire debemus.

C A P V T III.

DE REBV S INNOCENTIBV S.

§. XXIV.

Has quoque ita vt superiores diuidimus, et discernimus eas quae ex hostium prouinciis ad nos perueniunt, ab iis quae a nobis ad hostes adducuntur. Rursus quae ab hostibus comparamus, aut sunt eiusmodi, quas etiam ab aliis coemere possimus; aut quae apud hostes tantum nascuntur, et ab aliis nequicquam comparari possunt, quas quidem interdici non oportere edicimus. Obiici potest, hostes tamen magnam pecuniae summam ex iis mercibus, quae apud eos solos nascuntur, nancisci, adeoque potentiores fieri, quod caussae satis sit, vt earum emtio prohibatur. Hoc lucrum quanquam negari nequeat, tamen simul considerandum est nostrorum commodum, saepius illorum lucellum, longe longeque superans. Sine impendio quodam lucrum nunquam est. Quapropter etiam ipso tempore belli istas merces a portibus nostris depellendas non iudicauerim, aut vestigali imposito pretia esse augenda. Vestigalia enim, quod est longe verissimum, rebus ad vitam necessariis imposta, emtori molesta sunt, non venditori. Evidem haud ignoro vestigali in bello ab initio huius seculi aliisque ab Imperatore exacto, subleuatum tantum esse belli impensis, quas Circulus Suevi-

D

cus

cus conferre tenebatur, adeoque hoc exemplum nobis vestigalia haec dissidentibus, minime repugnat. In eiusmodi enim rebus posita est salus totius commercii, quas qui reiiciunt, nae isti pessime consulunt patriae, cum nobis res eas extorqueant, quas nec ab aliis comparare, et quibus neque tamen carere possumus. Omni tempore nihil magis exoptandum est, quam ut materia adsit, qua elaboranda fabricandaque nostris alimenta querantur, quare sapienter Leopoldus in der Commercien Verordnung an neutrale Orte 1693. et Iosephus in der Commercien - Ordnung d. anno 1705. §. 5. Es sind von diesem Verbote der Einfuhre zu exemiren so zur Beförderung der im Reich stabilirten manufacturen dienlich, und theils unentbehrlich sind, auch nirgends her sonst zu haben. Ex iis enim omnibus magnum Germani quaestum faciunt, quod vel ex sola metaxa, sive ferico rudi intelligitur, cuius incredibilem copiam nostri artifices vellunt, tingunt, nent, texunt, et varie praeparant; Quid de planta ista lanigera dicam Baumwolle quam nobis largitur Italia? quid de silicibus quos Flintensteine appellamus? quid de lana camelorum et caprina? de croco, saflore, oliuis et amygdalis? quae omnia in ordinatione iosephina talia iudicantur, quae libere inuehi possint, cum a nemine nisi a Gallis peti possint. Quantum quaeso auri ex Hispania, lanae ex Seiouia, corii quod corduan vocatur, ex Rodrigo vrbe, linei ex Andalusia, cupri et ferri ex Biscaia, prunellarum, sachari, indigo conchenille et omnium denique aromatum aduehitur nobis? Eaque omnia nos iterum aut in officinis operaris consumimus ipsi, aut aliis elaboratori vendimus et varium in quaestum nundinationemque traducimus. Haec sunt illa quibus istam ingentem lacunam rerum quibus indigemus, cum fructu implemus, quaeque nobis interdici negeunt, quin praeclera quaevis commoda nobis simul intercipian-

eiariantur. Gliscit enim pretium si nobis ea omnia per mediæ gentes non sine multa ambage coëmenda sunt, et quidem, quod in primis considerandum est, sine vlla clade et detimento hostium. Plura pete ex Allerunterthänigsten Intercessionalien der Reichsstädte an Thro kaiserlichen Majestät Carolo VI. 1734. Item memoriale der Reichsstädte an den kaiserlichen Principal - Commissarium Bischoff zu Eichstadt die verbotenen Frankwaaren betreffend. anno 1677.

§. XXV.

Res reliquae innocentes pleraque sunt eiusmodi quae
sue in commercio sint , sue minus , neque confirmant ne-
que diminuunt hostium vires . Quid enim roboris accedere
hostibus putabimus ? si velmille libri in Gallia typis expressi
in Germaniam vehantur ? Quid ? si centupondia aliquot
aeruginis in nostris officinis ad pannum tingendum con-
sumantur ? Sunt et aliae res nisi necessariae tamen utiles
profecto , quae omnes ad innocentes refero , quales sunt
quae ad eruditionem , mores expoliendos , ingenium colen-
dum , superstitionem pellendam faciunt , quae ab omni
prohibitione liberas esse iubeo , quaeque merito suo iam
exemptae sunt in ordinatione Iosephi saepius laudata . Ze-
doch sind von dem Verbote der Einfahre zu eximiren , die
zu Beförderung der freyen Künste gehören , als allerhand
gebundener und ungebundener Bücher , Land - und See-
Charten , Kupfferstiche , mathematische Instrumenta , Papier
und was sonst ad rem litterariam gehört .

§. XXVI.

Sequitur ut differamus, an res innocentes hostibus adducere liceat. Quoties factum est, ut hoc prohiberetur,

D 2 semper

semper propterea ciuitates imperiales questas fuisse videas,
de qua re plurimae epistolae reperiuntur in Fabri Staats-
Canzeley Tom. IX. Quapropter operaे nobis videmur
pretium facere, si de hoc breuiter exponamus. Res quae
ad hostes transeunt, aut rudes sunt et informes, aut arte
quadam elaboratae. Non est vna vtrarumque ratio. Ista
præbere hostibus non videtur ex nostra vtilitate esse; Ete-
nim supra cum ab hostibus easdem nobis comparandas esse
suaderemus; exposuimus: quanta ex istis ad artifices vtilitas
peruenire soleat; ex quo statim intelligimus, eas hostibus non
concedendas esse. Et quamquam nonnihil venditis hisce me-
reamur, tamen si peregrini artificis manus accedit, assulet sae-
pius, vt ter quaterue aucto pretio, nobis res nostrae vendantur
iterum. Quapropter imperii Ciuitates, frustra liberum eius-
modi rerum commercium orauerunt, etiam si hanc probabi-
lēm causam afferent, daß viele in Deutschland abundirende
Materialien, welche durch die Französischen Manufacturen
consumiret werden, in Deutschland liegen bleiben würden,
e. g. Eisen, Stahl, Kupfer, vid. Fabers Staats- Canzeley
Tom. IX. p. 661. Nam singamus etiam, non sine damno
quodam nostro, remansuras esse, tamen præstat leuius vul-
nus accipere, dum plagam longe acerbiorem hostibus initi-
ciamus. Sed quis dederit, istas sine omni fructu perituras
esse? Credendum est potius, nos ipsos eiusmodi materiam
exornaturos, immo hostibus necessitatem imposituros esse,
a nobis perfectas elaboratasque petendi. Et omnino velim
peregrinis res eiusmodi parcus vendi, in quam sententiam
me rationes quam plurimae, et Anglorum in primis sa-
pientia adduxerunt, qui grauissimam poenam statuerunt
in eos, qui lanam exportauerint, quemadmodum etiam
Ferdinandus I. editio 1555, ne lana ex Germania vchere-

tur, cavit. Quod si hoc in pace fieri omnium vtilitas exigit, quanto magis haec inter arma ratio valebit. Sed hoc edictum non diu valuit, quod merito nostrae ciuitates dolent, quae in libello supplici de anno 1677. ita exponunt: Die Wolle, woraus die niederländischen Lücher gemacht werden, fället auf Spanischen Boden, wo sie aber daselbst nicht zu haben, wird aus Deutschland und vornehmlich aus Thüringen, Hessen und Sachsen, als die vor andern zu besagten Fabriken die tauglichste und geschmeidigste ist, verschrieben und zubereitet, also fürt erst in Deutschland wieder verföhret. Ex quo illud incommodi accessit, vt et nos longe maiori pretio eam redimamus, nostri vero artifices in qua sese eorum exercat industria, materiam non habeant, quo nullum possunt Germani grauius rerum suarum facere naufragium. Huic igitur malo mederi voluit ordinatio Politiae de anno 1548. et 1577. Tit. XXI. quando ita constituit: Wir wollen hiermit den Öbrigkeitenvätern auferlegt und anbefohlen haben in dem Guten Ordnung, fürzunehmen, damit die Wollenweber an Wollen nicht Mangel leiden, und die Wolle nicht also mit großen Haussen in fremde Nation verföhret werde, quae Lex laudata et repetita fuit im Reichsgutachten d. an. 1668.

§. XXVII.

Sed de materia rudi disputauimus satis, nunc vt instruimus proficisci ordine ad merces studio nostro elaboratas pergemus, et an possint illae hostibus vendi, monstrabimus? Ego neque de his dubito quin vtiliter vendi possit; ad quod illustrandum demonstrandumque praeter communem vtilitatem plures rationes non comparabo. Neque enim vi-

D 3

lana

Iam caussam; quae dissuadere hoc possit video; nisi quod isti custodes, qui in confiniis, ne quid contra edictum imperatoris importaretur, vigilabant, aliquando nuntiabant res ex aere ferroque conflatas, vt filum ferreum, limas, acus, et alias eiusmodi minutias aceruatim hostibus aduehi, sibique videri eas ad res bello inferuentes pertinere, propterea, quod liquefactis iis Galli arma et tormenta ex iis fundere queant. Et demirandum est profecto commotum imperatorem fuisse, vt ea pariter vetaret, donec conquestis huius rei caussa ordinibus, nouo edicto in vrbe In-spruck 1691 dato, superiori soluerentur. Nec vnquam nisi malo cum nostro ista prohibita fuere. Remoramus enim, quasi obiecta mole, flumen quoddam pecuniarum, quae per nostram regionem decurrerent; exarescit pecunia, rebus aliis contra abundamus, quarum pretium necessario vilescit, et in quibus nostros artifices poenitet elaborauisse. Quid deinde? Deterrentur a studio, nihil proficiunt, inopes fiunt, imo ad hostes perfugiunt. Apud hos, quod extreum est, nouis officinis operarum instrutis, docent eos, nostris carere posse. Deinde hostes, nostris denegatis, aliunde quae opus habent petunt. At facilius flumen alueo relicto, reuertitur, quam commerciorum cursus semel alio decurrens, reuocetur, quod appetet ex fato vrbis Antwerpiae. Quae omnia si animo perpendimus, non amplius dubitare possumus, quin prohibitio rerum nimis late patens, plus mali patriae datura sit, quam ipsum bellum et hostes. Nihil dicam, de aurigis, cauponibus, fabris, ephippiariis, carpentariis et huius generis aliis, quos oportet omnes egere, si commercium omne stagnauerit. Neque ipsos reditus commemorabo, qui ex vestigibus, teloniis, commercio commeatunque proueniunt. Nec olim res innocentes prohibitae fuerunt, primum que

que hic mos videtur in bello pace Ryswicensi placato,
coepisse.

Schreiben der Stadt Nürnberg an Regensburg des ver-
botenen Commercii wegen 1702. in Lünigs Staats-
Canzl. Tom. IX.

Durante vero adhuc bello poenituit rursus Imperatorē
edicti sui, eique in Ordinatione Commercii d. a. 1693. sta-
tim derogauit, statuitque ut nos statuimus:

Daß alle innocentē Waaren, die aus Deutschland nach
Frankreich gehen, als Specerey, Holländische Waar-
ren, Leinwand, Tuch, Gewürz, nürnbergē Waar-
re ohne Aufenthalt passiren sollen.

Idem Iosephus quoque et quidem maiori cum cura in der
Commercien-Ordnung 1705. §. 4. praecepit:

Alle gemachte Zeuge, Tücher, und andere manufacturen,
auch Zuchten, Kupffer, Zinn, Blech, Messing, To-
bac, und alle in den Deutschen Reichs und Hansee-
städten fabricirte; insonderheit die so genannten nürn-
berg. und steyermärkischen Waaren, Sensen, auch
alle zum Civil-Gebrauch destinirte Eisen- Stahl- und
Bley-Manufacturen, die sollen in und an die neutrale
Orte, es sey nun daß dieselbe abdort consumiret, oder
auch weiter wohin sie wollen, spediret werden zu verhan-
deln auch frey und sicher zu versühren unverboten seyn.

§ XXVIII.

Dicamus etiam de peruagata ista quaestione, an res
amicorum ad hostes transeuntes intercipere liceat. Seiun-
gamus igitur iterum res bello seruientes, ab iis, quarum in
bello

bello usus non est, quas innocentes vocauimus. Ista iam supra perferri posse negauimus, harum vero transitum concedendum esse, arbitramur. Dici vix potest, quantum expediat reipublicae si frequenter merces perferantur; Venticalia enim soluenda sunt, deinde aurigas in diuersoriis pernoctantes, equos seque ipsos alere oportet. Mercatores etiam multum lucrantur, quibus haec transportatio-
nis cura fructuosissima esse solet, qnibus omnibus carent-
dum est, si nullum ad hostes transitum patiamur. Hostium vero parum intererit, quippe qui nauibus easdem alio ad se deuehere possunt, quod quidem impedire non est nostrum. Ita vero, dixerit aliquis, propter multiplices fraudes omnis fere commercii prohibitio irrita fuerit, cum transeuntium nomine reuera educi possint. Sed his fraudibus iam praeuentum est, vtque intelligatur modus, ex edicto Leopoldi an. 1676: Commercii causa edito, haec adscribamus. Ordinavit enim eo loco Imperator, daß auf den Fall wenn einer oder der andere dergleichen verbotene Waaren außer des Reichs nach andern Ländern verfahren und daselbst ver-
kauffen wolle, nicht weniger Obsicht gehalten werden solle,
daß solche unausgepackt fort gebracht und zu solchem End
hep gedachten Mauthen und Zollstädten, und zwar die ge-
wöhnlichen Paßzettul, darauf ertheilet, zu Verhütung
aber allerhand Vortheilkeiten, die durchführende Pack,
Ballen und Fächer mit denen Amtsiegeln ordentlich verpit-
schiret, und weiters fort befördert. Auch da jemand hier wieder betreten würde, so die zum Durchführen destinierte,
und obsignirte Waaren auf des Reichs Boden eröffnen, aus-
packen, und feil haben, oder verkauffen mögte, gegen denselben gleichfalls mit wirklicher Confiscirung solcher Waaren, verfahren werden möge.

§. XXVIII

§. XXIX.

Restat adhuc de cambiis et literarum commercio quae-dam differere, et quidem hoc loco separatum. Vfus eorum tem-pore belli fuit quandoque, aliquando vero etiam cessauit. Non autem sine insigni perturbatione, et totius fere commercii interitu, vfls eorundem interdicitur. Cum a. 1703. caussae quae-dam singulares essent, propter quas Imperator et Angli reli-quiique socii, per vnum tantum annum commercium cum Gal-lis omne, et in primis etiam istarum litterarum tollerent, vidisses quas difficultates, quas lites, quas tergiuersationes prouinciae quaedam Belgiae fecerint. vid. Lambert. Mem. Tom. II. Postea cum commercium restitutum esset, tamen Iosephus ordin. commerc. d. ann. 1705. §. 9. de iis statuit, his ver-bis: Was zuförderst die Fortsetzung sothaner Commerc. unumgängliche Correspondenz betrifft, so sollen doch die Ham-del'sleute dieser dem Commercio zum besten gegönneten Ei-fung auf keine Weise mißbrauchen, und in ihren Schreiben von keinen andern als ihre commercia angehenden Sachen Melbung thun, auch mit Wechseln sich näher nicht, als so viel das unentbehrliche Waar-Commercium erfordert und alle-zeit mit Vorbewußt, und auf vorhergehende Untersuchung der Obrigkeit auf einige Weise und Wege einlassen. Nos qui commercium plurimarum rerum cum hostibus suavissimus, non audemus harum litterarum vsum, quae plane sunt in negotiatione necessariae, omnino dissuadere.

§. XXX.

Vltimo loco pauca dicantur de prohibitione commer-ciorum cum propriis ciuitatibus, quae ab hostibus possi-dentur. Varia fortuna vrbium est ea tempestate. Quod si igitur eae ab hostibus modo occupatae fuerunt, porrigit-

E ne

ne feso interdictum ad istas etiam? Quae vrbis vi et armis hostium cedere cogitur, non propterea omnino desinit nostra esse, cum semper adhuc spem concipiamus, breui fore ut eas ab hostibus vindicemus. Quid vero, incerta omnia et confusa sint, necesse est: Ingentem v. c. vim pannorum Germani Tornacum, in Insulas et Cortracum mittunt, ut coloribus tingantur. Accidebat ut istae ciuitates exeunte saeculo decimo septimo fere uno impetu omnes a rege Galliae occuparentur, quaerrebaturque an merces ibi sitae, ut antea prohibitioni excipiendae essent? et excipiendas esse placuit. Litterae Vlmensium ad Ratisbonenses missae continent, quod Mediolanensibus, quamvis prouincia eorum adhuc teneretur ab hostibus, libera commercandi facultas concessa fuerit, quemadmodum similiter in ordinatione commercii Iosephina §. 9. cum Italiae prouinciis liberum commercium fuisse, inuenimus, ob wohlen, ut verba sunt diferta, dieselbe dermahlen annoch unter feindlicher Gewalt stehen. Modo hoc sibi mercatores non sumferint, ut omnes eo merces perferant. Quas res enim in loca vicina et media hostibus adportari non permisimus, easdem neque hisce asserri concedemus.

SECTIO III.

DE
**MODO EDICTA PROHIBITORIA
 IN S. R. IMP. EXEQVENDI.**

§. XXXI.

Sed quoniam, quae res in commercio sint cum hostibus, satis ut arbitror diligenter explanaui, tandem quo ordi-
ne

ne, quoque modo Imperator haec exsequi soleat, videamus,
et exemplum inuenimus in Leopoldi Commissionis-Decret,
nebst dessen Edict vom Jahr 1676. P.P. Dass besagte Manu-
facturen durchgehends im Reich zu verbieten, Wir auch zu
solchen Ende unterthänigst zu ersuchen seyn, solches Ver-
bot durch unser Kaiserliches Edict des Inhalts wie bereits
in unsren Erbländen geschehen, im Reich zu publiciren.
Optime autem ordo huius rei cognoscitur, ex edicto
Leopoldi wegen Enthaltung aller Correspondenz und Com-
mercien mit Dero und des Reichs Feinden: Wir Leopold ic.
Thun hiermit fund. Demnach in unserer auf Churfürsten
und Ständen des Reichs einstimmiges Einrathen und Gut-
befinden im verwichenen Jahre, wieder Frankreich ergan-
genen Kriegsdeclaration unter andern enthalten, dass we-
der Correspondenz, Gewerb oder Handlung, noch auch
Wechsel und contra Wechsel ic. verstatte ic. als ist hiermit
an alle unsre und des H. R. Reichs Unterthanen unserer
ernstlicher Befehl ic. Ipsi scilicet imperatori plurima in
his relicta sunt, et suo nomine imperat, et in eiusmodi
tumultu, strepitique armorum mox intendit, mox rela-
xat mandata. Nam cum iure iurando quovis modo omni-
bus consulturum esse, se obligauerit, nihil eum, ex quo de-
trimentum res Germanorum publica capere possit, facturum
esse, praesumitur. Ea igitur imperatoris eo tempore pote-
stas est, vt multas, in primis res leues, ad arbitrium immuta-
re possit. Quae quidem tempore belli se maxime exerit;
Ita Carolus VI. anno 1721. litteris gallicis banco - billets
interdicens declarabat, se hoc sine praecedente consensu
ordinum sua solum auditorate facere, cum istum ambitum
rei celeritas non perferat. Fabri Staats-Canzley Tom.
XXXVIII. p. 788.

§. XXXII.

Edictis Imperatoris promulgatis, iam vniuscuiusque principis est id agere, quo satisfiat mandato. Quapropter in confinio custodes quosdam constituere solent, qui curam gerant, ne quid aduersus hoc edictum committatur, qui si officii sui immemores fuerint, eos ab ipso imperatore aliquando coercitos, aut alios etiam institutos fuisse legimus. Memorial der Schwäbischen Kraifversammlung in Ulm de dato 26. Novembr. 1692. Man erinnert sich zwar auch ganz wohl, was Ewr. Kaiserliche Majestät, als supremo executori legum imperii, kaiserlichen Amts wegen, zustehet, und daß dieselbe, damit Dero mit gesamter Churfürsten und Stände Confens ergangene, und in vim sanctionis pragmaticae erwachsene Edicta und Mandata gehörende maassen gehalten werden, gehöriger Orten darauf zu sehen, auch allenfalls die Contrauenientien zu bestraffen, freilich befugt seyn; So wenig man aber Dero diesfalls habenden allerhöchsten Macht und Auctorität, in einigen Zweifel zu setzen, sich zu Sinne kommen läßt, eben so wenig glaubt man auch, daß Eure Kaiserliche Majestät dem Magistratui ordinario, so lange er keiner Negligenz in seinem Amt mit Fundament beschuldiget werden kan, jemand anders an die Seite zu setzen ic.

§. XXXIII.

Res quae contra prohibitiones importantur iure in commissum incident adeoque publicantur. Quaesitum autem saepissime fuit cuiusnam Fisco propriae sint. Ordines Circuli Sueici in laudato libello de anno 1692. querebantur, quod commissarii Imperatoris etiam alia quae non essent vetita, quasi fisco vindicaturi, abstulissent. Videntur non ad Imperatorem sed ad principes pertinere, cum iis bona quoque cedant illius, qui crimine laesae maiestatis

ieftatis caesareae damnatur. Capitul. Leopoldi art. 27. Ioseph. 26. Carol. VI. art. 8.

§. XXXIV.

Denique neque hoc omittendum est, inito hoc saeculo Leopoldum et ordines circuli Sueuici confilium cepisse, admodum profecto salutare, ut collegium istarum rerum peritorum instrueretur, qui de iis iudicarent. Iis ex edictis caesareis, quae studiose et ad litteram sequi iubebantur, ius dicendum erat, quanquam integrum esset interpretari ea etiam latius, et ad similia exempla transferre. In primis vero alacres in iudicando esse iubebantur, ne longe et multum inquirentes, commerciorum cursum retardarent. Sciebant enim reipublicae interessere, ut commerciorum libertas, quantum fieri possit, conseruetur. Et haec quidem de iure commercio tempore belli interdicendi, hactenus. Quae si pinguius disputata a nobis explanataque fuerunt, hoc est difficultati rei et nostrae tribuendum aetati. Neque enim cuiquam debet, haec omnia suis distribuisse generibus, leue et exigulaboris negotium videri. Sudandum enim in primis fuit, ut ea omnia hic illucque dispersa suis classibus distribuerem. Sic sine duce alio, sine indice quodam me ad singulas opiniones perduxit ratio. Et quamquam saepius mandata Caesarum, litteras et foedera ad partes meas vocauisse videar, ista multo licet labore conquisita, tamen nihil quod perpetuum et constans esset, in se continebant. Alia enim atque alia in iis constituantur, ut tempora fuerunt. Cum igitur nunquam in his rebus una perpetua ratio seruata fuerit, nos varia ista et tempore dissimilia exempla, magis ut illustriores cogitationes nostras redderemus, quam ut inde probaremus aliquid, produximus. Igitur primum aliquid in re incerta certi statuens, eo facilius meos, si qui sunt, errores apud aequos iudices excusationem habituros esse, confidimus.

E 3

PRAE-

* * *

P R A E S E S
V I R O N O B I L I S S I M O
I O. H E N R I C O S P I N D L E R O
A M I C O O P T I M O


S. D.

An officium , Spindlere doctissime , quod omnibus fere solet ab omnibus praestari,id non persoluam Tibi? Nequam ego vero amicitiam ita negligam, aut deseram humanitatem, quin potius ea sim, quae a me postulare possis, me apte et libentissime facturus, immo hoc libentius, quo ipse humanior, quo melior amicus es, quoque plura virtutis et industriae in Te ornamenta conspicio. Tametsi igitur hoc Tui ipsius caussa faciam perlubenter, tamen vel oblata haec scribendi occasio mihi gratissima esse debet. Nam si mihi banc quoque eripuisse, videri poteram ad Tuam disputationem omnino nihil attulisse. Igitur qui denegasti caetera, hoc unum denegare praesidi

fidi non potuisti , vt Tuam quam emendare
nihil opus fuit , disputationem commendaret.
Laus haec praecipua est et singularis pro-
fecto libere collaudari a praeside posse. Ne-
que enim id posse apparet , nisi is qui lauda-
tur , quod laudabile , quod elegans , quod eru-
ditum sit , id omne vindicet sibi. Te adeo-
que , Spindlere , pleno ore gloriae commen-
dere possum. Ea enim quae de vetitis tem-
pore belli commerciis disputata sunt , omnia
me hercle Tua sunt. Idque ego palam , nec
tamen eo praedico , vt quasi verear , si haec
aliena nostris adnumerentur , fore vt mea ,
quae profecto nulla est , violetur inde aut di-
minuatur existimatio doctrinae. Sed eo po-
tius , mi ornatissime Spindlere , hoc dico et
repeto saepius , vt , quam de Te concepimus ,
opinio hinc augeatur , meque inprimis aucto-
re magis magisque conualefcat. Ut me adeo-
que huius Tui tam elegantis et absconditarum
rerum plenissimi operis poeniteat , tantum ab-
est , vt mibi potius summo honori ducam , in
huius societatem gloriae a Te fuisse vocatum.
Quid enim ? maior fere pars gloriae illius
quae de cathedra potest manare , ad me , quam ad
Te ipsum , perueniet , quamquidem Tu , qui Te ad
aulam

* * *

aulam adplicaturus es, non vehementer curabis.
Etenim principali gratia et sole ipso Te arbitrор magis, quam huiuscemodi honore umbratili, scholasticoque plausu delectari. Non dubito, quin in petitione Tua bene Tibi omnia sint feliciterque euentura. Est enim per virtutem, quam quidem dudum pressas, tutissimus in regiam gradus. Licet alii fortunam celebrent, tamen virtus perpetuam praerogatiuam habet, et suos aeterna collocat in basi. Quare Tu, mi Spindlere, contend amplius, qua enim procedis, haec tuta est, et sola honesta, et ipsa Iulia lege exempta ambitio, Vale.



ULB Halle
006 219 853

3



VdR



DE
C O M M E R C I O
IN S. R. IMPERIO
T E M P O R E B E L L I
I N T E R D I C T O

D I S S E R T A T I O

Q V A M

ILLVSTRI ICTORVM LIPSIENSIVM ORDINE

ADPROBANTE

P R A E S I D E

D O M I N O

D. CAROLO FERDINANDO
H O M M E L I O

SENATVS ACADEM. LIPS. H. T. ADSESSORE
ET SUPREMAE IN PROVINCIA CVRIAЕ ADVOC.

DIE PROXIMO VENERIS D. XXVIII. MAII MDCCXLV.

D E F E N D E T

A V C T O R

I O A N N E S H E N R I C V S S P I N D L E R

N V M B . M I S N .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A N A .

